





PONTANI
DE OBEDIENTIA
NEAPOLI
1490
INCUNABULI
5
41
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze













1

VIII.
PONTANI.
Neap. 1490 6



1



IOANNIS IOVIANI PONTANI AD ROBERTVM SANSEVERINIVM PRINCIPEM SALERNITANVM: IN LIBROS OBEDIENTIAE PROHEMIVM INCIPIT FELICITER.

Ortante te/imo & iubente Princeps Roberte/ut quos de obediẽtia ſcripſiſſem libros/ tandem aliquando ederem: perdifficile uiſũ eſt exhortationem aut parũ ſequi tuam/aut non obtemperare uoluntati. Equidẽ edendis his abſtinebam: non ꝙ non libenter ultimam eis manum imponerem:ſed quia intelligebã quibus ipſe me obtrectationibus exponerem/ſciebamq; tutius apud neminem/q̃ i qua nati domo eſſent habitaturos. Etenim cõſiderabam eos qui nũc philoſophantur/genus hoc dicendi(quanq̃ peruetus ipſum quidem & philoſophorum proprium)omnino improbare:aridas quaſdam:nimiſq; ieiunas/ac parũ iucundas auditoribus diſſertiones ſectãtis: quas aut ipſi ſoli legant/ aut pauci admodum eorũ ſimiles:ut mihi quidem uideantur non tã docere uelle q̃ litigare:nec ita ſtudere/ut obſcuras/ atq; abditas res aperiãt:q̃ inculcare atq; deiicere



de gradu uelle suo philosophiã. Sed decet pe-
ne a situ uindicare conantẽ illam/minime pro-
dire timendo/ hortante te Roberte maxime:
cuius ingenium cum suspiciãt omnes/ego cer-
te admirari nũq̃ satis illud possum:ꝙ unus pe-
ne omnium qui uiuunt Principum studiis his
delectare. Nam & historia nũq̃ tibi cadit e ma-
nibus:& philosophiam ita sequeris/ut dubiũ
sit an studendo illi cognitione & doctrina: an
agendo quæ præcipit/uirtute ac moribus plus
proficias. Cuius prudens iudicium: & si ubiq;
probãdum est:illa certe cum primis me mouit
sententia/qua iudicasti nec philosophiam infã
tem esse debere:nec eloquentiam sine rerũ hu-
bertate/& pondere:quarum esset philosophia
inuentrix & magistra. Sequendamq; & in hoc
ut in plerisq; maxime naturam esse:quæ in om
nibus procreandis magnam habuisset ornatus
decorisq; rationem. Quod siqua in re utilis ac
necessaria esset eloquentia/ut certe est in rebus
plurimis/tunc eam maxime requiri debere: cũ
de uirtute ageretur/comprimẽdisq; affectibus:
quandoquidẽ hoc opus hic labor esset/ut poe-
ta inquit. Et uero si duobus his ratione atque
oratione a brutis maxime differimus/seiũgẽdę

& si nunquã alias / tunc multo minus uidentur esse cum animi informantur: & quibus potissimum modis compescatur appetitus: qui cõmunis nobis cũ ipsis illis brutis est / ratio ipsa docet. Quamobrẽ egregiam istam tuam / ac maxime ueram sententiam probantes / iure illos cõtemnimus / quibus nos alio fortasse ĩ tempore respondebimus. Accipe igitur libros hos non ut munus a me aliquod te putes accipere / sed ut qui de his iudiciũ sis laturus. Quẽ enim iustiorem ac sanctiorem iudicem de moribus / deq́ hominũ uita dicenti mihi dari postulem / q̃ te: qui cum diuersos populos summa cum æquabilitate moderere atq́ iustitia / tibi ipse sic imperes: ut cũ in alios omne liberalitatis genus exerceas / minime tute tibi indulgeas: quiq́ ĩ beneficentia primus cum sis: aut nemini certe secũdus / temperantia / continentiaq́ facile exuperes omnes. Etenĩ si eius in qua uersatus diu quisq́ est arte / optimus iudex est: ac si recte moratos / beneq́ institutos non eos dicimus: qui qualis quidue sit uirtus nouerint: uerum qui secundũ eam uiuant: Quis certiorem ac ueriorẽ de moribus ferre potest sententiam / q̃ qui diutius in illis exercitatus cum summa etiam laude / atque

admiratione fuerit: quiq; non dicendo / aut intelligendo magisquã prudenter / fortiter / iuste / moderateque agẽdo uirtutem fuerit assecutus: De his igitur iudicabis non alia ratõne / q̃ cum inter populares tuos in dicendo iure soles: atq; eo accuratius / quod tua ista iuris dicundi ratio q̃q̃ ad multos pertinet / ad paucos tamen pertinere uidebitur / si cum his contuleris / quorum ad omnes spectet utilitas. De re enim omniũ agitur: cum de recte instituendis ciuibus: deq; animorum informatione agitur. Quos si probaueris / dignosq; iudicaueris / qui in lucem ueniant / tantum ne grauere cum aliis: tum uel in primis Antonello optimæ spei filio prębere legendos.

INCIPIT LIBER PRIMVS.

Mnis uetus nouaq; philosophia et omnis diuina atq; humana lex ĩ hoc uno maxime laborat: et tota nititur: ut motus animi ratõni pareant: ne ueluti incustoditi / et passim uagantes liberius exultent. Vbi enĩ appetitus a ratione digressus longius a signis ꝓcesserit / imperii / moderationisq; eius oblitus atq; impatiẽs / pręceps eo fert̃ unde regrediendi raro sit potestas. Nã cũ uoluntatẽ secũ ipse rapiat: necesse est ut turpia / atq; iniqua / et agant̃ et eligãtur a nobis. Declarant hoc affectus ipsi nostri / ubi uehementiores fuerint: et actiones ab honestate recedentes. Quod si philosophię præceptis / legibusq; obtemperantes animi motus inordinatos / atq; incompositos cohiberẽt homines: et sub rationis iugum mitterent: nec libido profecto: nec fortuna in rebus dominaretur humanis: et mortale genus liberum magis atque quietum ageret. Quãobrem magna quædam uirtus: et præcipuum hominis bonũ est obedientia. Cuius utilitas ac uis tam late quidem pateat: ut nullum non modo grauius uitæ genus: sed ne minimę quidem actiones:

4

quæ tamen honestatē sequant̄/eius uacent of-
ficiis: sine qua nec stare hominum societas pos-
sit/nec amicitia/aut coniunctio ulla. Nā cū na-
tura ipsa iusserit hominē cœtus colere/& cōser-
uare: ne soliuagus/& ueluti belua passim erra-
ret: nullæ sine obedientia coire ciuitates initio
poterant: & postq̄ coiere frustra quidē leges la-
tæ/creatiq; Magistratus essent/ si illis minime
fuisset obtemperatū. Et quanq̄ participes ratio
nis ipsi simus: male tn̄ nobiscū ageret̄/si ratio-
nem cōtēnentes appetitū sequeremur/obedien
tia abiecta: Cuius pręcipuū munus est rationis
colendæ/uolūtatisq; cōciliādę. Quę res efficit/
ut cū maxime utilis sit mortaliū generi/omni
sit studio amplectēda: a qua & doceant̄ homi-
nes quemadmodū cū uirtute/cū natura/cū deo
agi oporteat: & sine ea omnino nesciant quo-
modo parētibus/ Magistratibus/Regibusque
parendū sit: aut quatenus obsequendū. Quod
si huius tam eximiæ uirtutis excellentiā intue-
ri altius uelimus/& cōtemplari/profecto uide-
bimus ipsorū etiā elementorū cōpagē: et cœli/
inerrantiumq; stellarꝝ cursus/ac motus uarios:
nisi suis parerent legibus constare sibi nequaq̄
posse: cum ne sensus quidem/ac ratōnis exper-

tia(ut eorũ propria ſit obedientia/quæ ratione utant̃) abſq; eius poſſint cõſiſtere beneficio et munere. Eſt eni obtẽperandi uis quædã rebus inſita/qua ſingula quidẽ ſibi inuicem cedãt: ac naturaliter pareãt. Has igit̃ tãtas obediẽtiæ uires conſideranti mihi digna res uiſa ẽ/quę mãdaretur litteris/et illuſtraret̃ a me oratione: ne quæ imprimis utilis/et neceſſaria philoſophię pars ẽ: neglecta ea/atq; inculta iaceret. De qua etſi quidam nõ ignobiles auctores carptim/ ac pauca quædã ſcripta reliquere: totã tamen complexus eſt nemo. Atque illi quidẽ qui de hac re præcepere/uiſi ſunt aut ignoraſſe quãtũ uirtus hæc poſſet: aut ea ſolũ attigiſſe/ quę cũ populo erant cõmunia. Placet igitur primum oſtendere: quę ſit eius definitio/et quę partes: quo apertius ĩtelligat̃ quid ſit/de quo diſputet̃. Quod anteq̃ præſtem paulo altius repetenda quædã ſunt: ne aliquid in obſcuro relinquat̃: Quibus explicatis/aditũ ſibi ad cætera faciet oratio.

OBEDIENTIAM SOLIVS HOMINIS ESSE PROPRIAM.

Nimalium duo ſunt omnino genera: unum illorũ/quæ licet ſentiant et ſuos habeant appetitus: ratione tamẽ carẽt.

Eorũ alterũ: quæ quod ratione prædita sunt: rationalia dicunt᷑ a nostris. Horũ duorũ generũ prius illud obedientia caret. Quippe quę in iis quę rationis sint expertia / nõ magis est / q̃ iustitia / beneficentia / pietas / fides. Quãq̃ Maro noster dicit. Fũdit humo uictũ facilẽ iustissima tellus. Sed cõcessũ sit poetis & iocari / & lasciuire: qđ eorũ est facultatis: iis aũt qui ueritatẽ aut solum / aut maxime sequũt᷑ / eadẽ licentia non est. Muta enĩ animalia: & quibus nec mens / nec cõsiliũ est / humanis carent / & uirtutibus & uitiis. Sed quid agas? uocabulorũ inopia laboratur. Deũ irasci / misereri / angi / turbari / furere: & qđ languẽtis / ac defecti labore corporis ẽ / & cessare & quiescere dicimus. Quocirca minus admirari debemus: cũ iratũ mare / cœlũ clemẽs: apes Rẽpublicã habere: & futuris casibus ꝓspicere / dixisse priscos legimus: aut cum iura / magistratusq; legũt: sanctũq; Senatũ. Nã & si in beluis quædã sint similitudines: & quasi uestigia humanorũ affectuũ / uirtutes tamen & uitia ꝓpria sunt hominũ. Obediẽtia igit᷑ de qua his mihi libris explicandũ est (nã quæ de angelis: demonibusq; differuntur: ea cõsideranda theologis relinquo) propria est hominis: quę qm̃ duplex

est:cur ita sit/ ostendendum est:dicẽdumq; de iustitia aliquid ex qua obedientia ipsa deriuat.

VT IVSTITIAE SIC OBEDIENTIAE DVPLEX GENVS ESSE.

St autem iustitia habitus animi:p quẽ & agimus/& uolumus quæ iusta sunt: Et cum iustus is sit:qui nihil plus/minusue appetat q̃ oportet/aut decet:sitq; idem et æqui:& legum obseruantissimus/ iustũ quoq; eandem hãc rationem sequetur: Nam & quod æquum/erit iustum:et quod secundum leges. Etenim omnia:quæ legibus aut iubentur: aut uetantur/licet ea tum ad continentiam:tum ad fortitudinem: ac uirtutes alias nos instituant/ arceantq; a uitiis)tamen quia legibus præcipiũtur iusta dicenda sunt.Hostem nanq; a populatione prohibere:murum defendere: uersari in acie:non deserere locum:non uertere terga: nõ abiicere arma/fortis quidem sunt.Alieno autẽ thalamo iniuriam non facere:neminem conuiciis incessere:minimeq; esse petulantẽ : tẽperati sunt hæc/et continentis hominis:quæ tamẽ ut iusta iubentur legibus:uetantur ut iniusta. Vt enim a uiciis/ac turpitudine quacunq; ciues cõtineãt/ita quidẽ pręcipiũt/ac statuũt:ut uirtutũ

omnium rationem habeant: proſpiciantq; cõ-
muni omnium utilitati/ & recte informandis
animis: mirum quidem in modum conferẽtes/
& ad adipiſcendam/ & ad conſeruandam felici-
tatẽ: & quæ ſunt partes eius /ac munera in ipo
hominum cœtu ciuiliq; ſocietate. Eſt igit' iuſti
tia quædam: non uirtutis quidem pars: ſed quę
tum uirtutes cœteras/ tum ſibi cognominẽ iu-
ſtitiam contineat/ perfecta quidem: atq; ut Pe-
ripatetici dicunt/ tota & integra uirtus/ quã qui
ſit aſſecutus: is nõ modo utatur ea in ſeipſum/
ſed erga cœteros omnes/ nec in rebus tantum
propriis: uerum etiã alienis & publicis. Quip-
pe qui aget ea quæ tum ciuibus atque uniuerſę
Reipublicæ conducant/ tum Principi/ cuius ar
bitrio ipſa Reſpublica gubernetur/ iure quidẽ
& uir & ciuis optimus/ quando uirtus /actio-
neſque eius/ quod maximum ac pulcherrimũ
eſt ad communem ciuium & Reipublicæ utili
tatem late ſpectent. Ex hac maxima & uirtutũ
omnium excellentiſſima iuſtitia ortum ducit
obediẽtia illa/ ad quã pertinet obſeruatio præ-
ceptorꝝ & inſtitutorꝝ omniũ/ quibus leges nitũ
tur: & uirtutes ipſe cõtinent'. Nã de quacunq;
uitæ inſtitutione/ ac uirtute præcipiat' aliquid:

id ipa amplectitur ac curat. Est & altera iustitia huic de qua dixi cognominis/ pars quidé eius/ Cuius proprium munus est/ cuiq; quod suum sit reddere: nõ in pecuniis modo: sed in honoribus/ magistratibus/ prẹmiis. Ad hanc eandé quoq; pertinet tũ monstrare quid sequi/ ac seruare teneamur in emédis/ uendendis/ & mutandis rebus: tum docere quid deo ac patrie: quid parentibus/ cognatis/ amicis/ ciuibus/ peregrinisque debeamus: & a quibus in uita cauere: ne furta/ rapinas/ incédia/ parricidiaue patremus: neu qué contumeliis/ uerberibusq; afficiamus/ neminiq; uim afferamus: Nã non modo quod suũ est cuiq; reddit: sed cauet ne quid omnino fiat/ quod sit contra sanctã societaté. Ex hac ité iustitia trahit originem altera illa obedientia/ cuius officia seruanda sunt ab illis/ qui eorum parere imperiis uolũt/ quibus ipsi subiecti atq; obnoxii sunt. Ac prioris quidem generis definitio hæc est: Obedientia est habitus parendi præceptis omnibus quæ a ratione ꝓficiscant̃. Hæc auté de qua posterius dixi hactenus definitur: ut sit habitus parendi prẹceptis illorũ/ atq; imperiis: quibus lege/ iureq; parere teneamur: & ut pareamus recta dictet ratio. Earum

7

partes & recte fortasse quispiam esse dixerit pi-
etatem / cultum / obseruantiam / reuerentiã / sub-
missionẽ: hisq; aduersari ea quæ sub inobediẽ-
tia constituta sunt / impietatem / contemptũ / cõ
tumaciam / irrisionem / elationẽ. Sed mihi pla-
cuit aliam potius differendis his sequi rationẽ:
ne aut nouę formãdæ sint uoces / aut si utar cõ-
munibus / parũ proprie locutus esse uidear.

VNDE ORTVM HABEAT OBEDIENTIA.

CVm autem obedientiæ origo quærenda sit / & magni etiã philosophi tradãt: iusti tiam quandam esse hominis erga seipsum: ex quo fonte iustitię manent ciuilis officia: nimirum & obediẽtia quædam est cuiusq; in se / quæ appetendi uim / ratõni subiiciat: atq; ex hoc initio profecta facile postea suadeat & legibus & principibus parendũ esse: nã & amor ille p quẽ natura duce quisq; seipsum amat: amandi alterius causa est / amicitiæq; ineundæ.

QVIBVS IN REBVS OBEDIENTIA VERSETVR.

IN hoc aũt obedientia uertitur ut pręceptis obediat / faciatq; imperata. Pręcepta sũt aut naturalia / aut humana: ut leges ipsę. His ac-

cedunt & diuina/ quæ inter naturalia numerare quidam malunt: quæ uero imperantur/ proficiscuntur ab iis/ quorũ ius potestasq̃ ĩ nobis est. Verũ ne magis q̃ res exigit soliciti de uerbis uideamur/ & præcepta & iussa/ & instituta: & ubi quid aliud simile ciderit/ usurpare non dubitabimus/ dũ res eadem sit: licet uerba sint diuersa. Contingit tamen sæpissime nulla pręcepti ratõne habita id agere quempiã quod recte quidem/ & cum laude agatur/ licet actiones eę/ in quibus ratio imperat/ appetitus obtemperat/ & si aperta uacant obedientia/ tamẽ occulta nullo modo uacent. His igitur explicatis ad ea quæ sequuntur transeamus.

DE PRINCIPIIS OBEDIENTIAE.

PRincipio natura ipsa generi hominũ cõsulens/ alterũ conciliauit alteri ad uitæ inter ipsos societatẽ/ & cætus celebrationẽ. Et cum initio in agris agerent/ paulatim ratione ipa impellente domos sibi fecerunt ad ęstus ad frigora/ & alia incommoda arcenda: donec oppida quoque habere cæperunt. Quibus cõditis cum ea quæ inter ipsos erat uitæ cõmunitas: nec stare diu nec crescere posse uiderẽ absque communibus institutis: leges sanxerunt:

quibus parere uniuersa ciuitas deberet. Ac repetenti mihi / & animo inquirenti conditarum legum causam: uident᷑ principio leges latę nõ tã necessitate (quę enim illis temporibus / & in tãta rerũ inopia improbitas / malitiaq; esse poterat hominibus / pro uictu & uestitu: & iis quidem e glande / ac ferarum tergoribus solum laborantibus) q̃ futurarum rerum prospitientia quadam: quo uidelicet humanus animus parere legibus assuetus / crescente rerum copia cupiditati modum statueret: quem egredi nefas putaret. Vnde pœnę postea adiectę: ut quos ratio nõ posset / metus contineret. Et cum antiquissimę legum sint / quæ latæ dicuntur a Mose: qué tamen post humanarum rerum principia multis etiam sæculis fuisse constat / quędam ab illo sic statuuntur / ut facile sit iudicatu: nõ tam cõmentatum esse Mosen quales essent leges / quas ferret / q̃ quẽadmodũ uteretur ciuitate q̃maxime obediente. Filium inquit non audienté parentibus / populus lapidibus cædito. Hæc quidem pœna etiam si manum in parentes iniecisset / iniquior uideri potuit. In animaduertẽdis enim criminibus / inspiciendum imprimis est: ne pœna maior sit culpa: tantaq; quispiã pœna

afficiendus est/quantam æquitas/humanitasq; patitur. Quod tamen ab illo statutum est/quo & malum (ut ipse ait) e medio pelleretur (iudicauit enim inobedientiam ciuitatis pesté esse) & cœteri deterrerent exemplo. Alibi quoque. Qui elatus superbia sacerdotis imperio: iudicisue decreto parere contempserit: is morte pœnam luito. Sunt & alia multa in illius tabulis. Quid illa lege durius non a barbaris: sed a romanis humanissima gente: & lata/& seruata cóstanter: Miles qui extra ordinem cú hoste manum cóseruerit/securi percutiatur. Quid fugiéti facere peius hostis potuisset: q̃ ut gladio eum enecaret: Quorú quidem omnium causa fuit/aut sola/aut maxima/hæc de qua disputo obedientia: cuius magnitudinem/utilitatem/addo & decus/nemo unq̃ admirari satis queat. Salomó iudęorú Rex: qui ex hiis quæ reliquit scripta/sapiens agnominatus est/ q̃q̃ incultioribus uerbis: recte tamen/ac magnifice de obedientia sentiens. Vir inquit obediens loquetur uictorias: & melior é obediétia/ q̃ uictimę: & auscultare maius/q̃ offerre adipem arietú. Quid: q̃d tanq̃ dux ea sit ad sapientiam assequendá. Cócupisti inquit sapiétiam/serua mandata. Cauet

etiam deus apud Mosen/ne primi illi homines ligno uescantur: non φ noxium illud esset: nullam enim nocentem ipse stirpem genuerat: sed ut habere se dominũ intelligerent: demererēq; studerent illum preceptis eius obtemperando: & ab eo φ licet nec malũ quidem per se: nec natura nocens esset: tamē quia uetitũ abstinēdo/ beniuolentiã domini obsequio sibi cōpararēt. Christus quoq;: ut ad hanc nos potissimũ uirtutem inuitaret. E cœlo inquit descendi: nō ut meam ipse uoluntatem faciam: sed eius qui misit me patris. Quamobrem affirmare non dubitem in quo uera/& stabilis est obediētia/adesse ei plurimum/& ad hanc/ & ad futuram uitam bene/beateq; degendam.

ctus est obediens usq; ad mortem/mortē aut crucis.

DE PRAECEPTIS QVAE AD PRIMVM OBEDIENTIAE GENVS PERTINENT.

Voniam autē obedientia ut dictũ est in tenendis præceptis uertitur: duplicemq; eam fecimus/primo loco dicendum uidetur de præceptis iis quæ ad primum illud obedientię genus pertinent: quæ ortũ habet (ut dixi) a maxima: & uirtutum omnium excellentissima iu-

ſtitia. Nam de ſecundo genere obediētię/ſequē
tibus libris abūde diſputabitur. Præcepta igit̄
alia priora ſunt/ac latiora: alia ut poſteriora ſic
& contractiora. Sed mihi de prioris obediētiæ
præceptis libro hoc dicenti/placuit quædā pri
mo loco tanq̄ in fronte conſtituere: cœtera ut
quæq; ſors tulerit/collocabūtur/aut nullo/aut
certe q̄minimo delectu habito: nihil enim re-
ferre duxi. Primum igitur & omnium homi-
num commune præceptum eſt/rationi ut pare
amus: eamque ducem/ac moderatricem ſequa-
mur ī uita omni: & ī dictis/ac factis quibuſq;.
Qui enim rationē ita abiicit: ut contra eā nita-
tur/ſperetq; ſine illa poſſe ſe recte aliquid/& cū
laude agere/is dignus eſt qui iure inter beluas
numeretur: nam cū rationē abiiciat/id abiicit:
cuius gratia homines a beluis differunt/& cœ-
teris animantibus præſtant. Recte etiam pręci-
pitur/ut locis/negociis/temporibus/ac perſo-
nis quas gerimus/nos accōmodemus: nec con-
cedamus poetis ut materię ſeruiāt: nos uero in
uita agenda/& rebus gerendis/rationi hæc ipſa
pręcipiēti repugnemus. Etenī cū ars omnis prę
ceptis cōſtet/ſequaturq; rationē/nullus eſſe arti
fex bonus poterit/qui quæ facit/nec moderat̄/

10

I nec artis suæ præcepta seruat. Itaq; non aqua/ non igni ut aiunt in pluribus utimur q̃ obedientia. Nam terrã primo arare: mox iterum/ ac tertio uertere: deinde serere: occare: sarrire: artis eius præcepta sunt. Ars uero rationem sequit̃: quę docet obsequi temporibus/ regionibus/ seminibus: quæ quanq̃ sensu & ratione carẽt/ impellente tamen obtemperandi ui illa: quam rationis expertibus insitam esse dixi parẽt naturæ: quæ & ipsa seruit deo: Cui ut Cicero etiam ait: & mundus hic paret: & maria/ terræq; obediunt. Age: quid in re militari tam necessariũ est/ aut duces ipsi a milite prius exigũt/ q̃ ut eũ habeant q̃maxime obedientem. Declarant hoc & tubarum cantus: & signa: & quotidiana fere ducum edicta: & quod sæpissime quę capitalia non sunt: tamen quia nullum dari inobedientiæ locum uolunt/ habẽt ea pro capitalibus: cũ sciant maximas aliquando copias fuisse fusas paucorum militum culpa contra edictum agẽtium. Prædones quoq;/ & qui piratę dicuntur/ quanq̃ iniustissimi sunt ipsi quidem: & ab omni fere uirtute longe absunt/ unam tamen obedientiam mirifice amplectuntur: cuius tantum apud eos studium est/ ut signis agant pleraq;:

i. Deo.

atque ex ipso sibilo remiges intelligant facere quid quenq; oporteat.

DE QVIBVSDAM GENERALIBVS PRAECEPTIS RATIONIS.

T quoniam totus hic sermo futurus ē de obedientia: quā solius hominis esse dixi/ is quę ex omnibus animantibus unus est rationis particeps quam sequi: & ad quam se adiungere in cunctis debet/ Dicendū etiam de iis uidetur/ quæ ratio ipsa iubeat: quā quidem partem attingā magis q̄ explicabo: ne si singula persequar/ modum excedat oratio. Sunt igitur rationis præcepta illa quidem: ut nullus animi motus: nullaque nostra actio/ aut electio recedat ab honestate: eosq; nos institua amus/ ut nihil nisi quod honestum & iustum sit/ aut appetamus/ aut agamus. Cogitationes quoque ipsę coercendę sunt. Etenim qui eas sic euagari permiserit/ ut quod ī obscenis fit attre- ctationibus/ blande illis molliterq; indulgeat/ difficile nimirum est/ sola hunc mentis agitati one contentū esse/ ut non opera perficiat/ quod longa est cogitatione meditatus. Nam & si con sentiunt omnes motus primos/ & titillationes illas/ quæ tum uisis tum auditis excitant̄/ non

11

esse iuris nostri/tamen si motus eos: & imprimis dulcia sensuum delinimenta/ frequens ac blanda comitetur mentis agitatio/ non modo nostri non erunt iuris: sed quod detestabilissimū ē sui nos iuris efficiēt/improbitatis/impietatis: & scelerum plurimorū reos. Quod si dānati in iudiciis etiam leuis contumaciæ pœnas luimus/plectimurq; a prætoribus & magistratibus/quibus nos affecturus ē suppliciis deus: qui cogitationum quoq; nostrarum rationem est exacturus: Vbi legibus suis/quæ perpetuæ quidem sunt/repugnantes fuisse conuicerit. Et quoniam duo plurimum in nobis possunt/ratio & appetitus: atq; altera nos doceat quid uerum/aut falsum sit: & quid probare/aut improbare debeamus: Alter uero ꝙ quisq; sequatur: & a quo declinet/recte etiā præcipitur/ut ratio imperet: appetitus se obedientem præbeat. Cui præcepto qui paruerit (parere autem omnes debent) ea sibi eliget/atque proponet: quæ prudētis uiri esse propria intellexerit.

Ite maledicti in ignē eternum

DE PRVDENTIAE OFFICIIS.

Vnt autē prudentiæ munera: ut tum nobis: tum amicis ciuibusq; & cœteris aliis

recte consulere utiliterque debeamus: eaq; quæ utilia futura sint, publice priuatimq; prospiciamus, iusta tamen honestaq; non deserentes. Ac tametsi nõ omnibus concessũ sit uersari in magna Repu. aut moderari populos, & in paruis tamen oppidis: & in re familiari: & in iis in quibus ipsi uersamur: quæq; ingenii nostri fuerit, licitum sit prudentiæ seruare pręcepta: quod & uillici assequunť, ne dũ mercatores. Nulla enĩ res siue parua & angusta, siue magna & ampla, absq; prudentia nõ modo non augeri & crescere, sed ne breue quidem tẽpus salua esse potest. Quisquis igitur in iis se exercuerit: quæ ad se pertinere: suæq; curæ, et officii esse intellexerit, ab institutis prudentiæ minime recessisse censendus est. Nam cum prudentis intersit rebus suis prospicere: sibiq; & bene et ex usu consulere, hoc efficere nequaquam poterit, qui ad ea quæ sui officii uon erunt, operam suam conferet. Quæ præcepta qui seruare & parere eis cõtempserit, is nec ciuis bonus: nec paterfamilias frugi esse poterit: sibi, patriæ, liberis, ciuibusq; inutilis: nihil sane, nec acute prospiciens: nec cum ratione sequens, aut deliberans cum cõsilio: fraudibus hominũ, & fortunę ictibus semp

12

expoſitus: quiq; & incognita pro cognitis habeat: & illis ſic aſſentiatur / ut tanquã cæcus / uadenſq; per itinera ſalebroſa & ignota / ad paſſus ſingulos erret / labat̃ / offendat / cõcidat / in omni re & familiari / & ciuili. Quod ſi ridere ſolemus eos / qui incompertum aliquid pro cõperto afferunt: aut ſi ex iis quæ iecerint / principiis ſtruere aliquid tẽptent / quod ex illis oriri minime poſſit / quibus illum ſibilis eiiciemus e prudentium ciuium numero / qui ſic peccauerit: ut non ſolum ignoret quid agendũ ſit / uerum id ꝓbet / ac ſequatur quod ſit uel maxime improbandum / tanq̃ agendis rebus omnino contrarium. Sunt tamen nõnulli qui acute quidẽ perſpiciant / & quid in agendo ſit aut tenendum / aut abiiciendũ plane et intelligant & diſputẽt. Vbi uero uſus uenerit deſtituti cõſilio / & tanq̃ manci inconſulte omnia & temere agant. Cũ quibus male agit̃ ſiquidẽ non in cognitione / & perſpicientia / ſed ut Cicero inquit / uirtutis laus omnis in actione conſiſtit. Cũ autẽ actiones ipſas noſtras quaſi magiſtra quædã prudẽtia præmonſtret & corrigat: doceatq; quid in agendo ſeruare ipſi debeamus: & a quo cauere (quod ẽ uirtutis huius propriũ) Hæc qui aſper-

Cicero:

13

nabitur & audire parũ uolet/ is non modo pru
dens non erit: sed ne iustus quidẽ/ aut tempera
tus ullo esse modo poterit. Verũ de iustitia/ &
temperantia postea. Nunc breuiter/ quid in cõ-
seruandis fortitudinis/ & cõstantię muneribus
ratio ipsa præcipiat/ explicabo.

DE PRVDENTIAE CONSTANTI AEQVE MVNERIBVS.

Ræcipit autem imprimis: ut mortem/
quæ quidẽ pulcherrima futura sit/ nõ
modo ne timeamus/ uerum læti ad eã
alacresque accedamus animo magno/ et res hu
manas contemnente adeuntes pericula/ quę illã
uideantur allatura. Nã cum fortibus uiris pro-
positum sit/ ut decus assequantur: sitq́ hic qui-
dam fortitudini constitutus finis. Ad hęc cum
abiectissimus quisq́ turpissimã uitam honestę
morti anteponat/ quis dubitet magnum illud
quidẽ/ et admirationis plenũ fore/ quod e mor-
tis contemptione comparetur? quam mortales
arbitrentur esse/ malorum omniũ maxime for-
midolosum. Fallitur autem quisquis præclarũ
fortis nomen uendicasse censeat aut hunc/ quẽ
nec terræmotus exterreat: nec item alia quæ in-
genium hominis/ uiresq́ excedant. Aut illum

forti conuenit.

qui anteq̄ periculum adeat / & tuba signum de derit / nihil non minitabūdus ac ferox audeat. Nam cum fortis sit uiri / mortem magis cōtem nere / q̄ uitam odisse / fortem eū esse statuo: qui quia hominem se esse meminerit / timeat quidē: tamen non ut homuntio aliquis: aut muliercu la / sed q̄ uiro conueniat. Quippe qui in subeū dis periculis neq; deseretur a ratione neq; abii ciet animum: minimeque cedet laboribus: aut succumbet erumnis. Quin ubi in discrimen uē tum fuerit / ita in acie periculisq; uersabitur / ut mortē oppetat / anteq̄ destituatur animo. Qui bus uero laudibus efferēda fortitudo sit: et q̄tis prosequenda meritis / christiani maxime decla rant: Eum enim qui pro religione: pro deo / ac sacris uitā amiserit inter diuos referunt / et illius tāq̄ numini / aras ac templa dedicant. Huic enī ipsi christiano pro aris / ac focis in pugnā eūti / mirū est / q̄ nihil ōnino desit: imo q̄plene assint omnia / quæ ad fortitudinē pertineāt. Neq; enī aut pudore / aut metu aliquo pugnā ciet: neque sibi aut desperat subitis improuisisq; casibus p turbatus: aut ita fidit / ut persuasū habeat nihil omnino sibi timendū esse: nō hic dolore cōmo tus / aut offensione aliqua i hostē fert᷑: nō fretus

uiribus aut militari disciplina/aduersarium ꝓuocat/nõ ut prȩda honustus redeat/ uitã obiectat periculis:sed animo sedato/ uolens/ sciẽsq;: et /ut ait Horatius/ĩ seipso totus teres/atq; rotundus certamen init/mortis adeo securus: ut non modo sũmũ decus:sed summã/ueráq; beatitudinẽ se credat adepturũ:atq; inter diuos futurum:quibus cũ/æuo fruat sempiterno. Recte etiã monemur/ut animo magno et elato externa despiciamus: aduersaq; ita feramus: et ea quæ laboris/ atq; acerbitatis plena sæpe multa cõtingũt in hominũ uita:ut nõ modo nõ succumbamus illis:sed uiribus etiã maioribus cõtra ea nitamur. prȩstãdũ quoq; ut inuictos nos aduersus corporis uoluptates geramus. Etenĩ qui dominandũ eis se permiserit/ licet hostẽ sȩpius uicerit/et albis equis capitoliũ ascẽderit/in magnis tñ uiris nõ est habẽdus. Qua ĩ re illud iudicandũ est turpissimũ/quod nõnulli ut eas adipiscãt/imperitȩ multitudinis errore ducti: nõ tantũ grauissimos labores suscipere: sed uitam etiã ipsã offerre/parati sint:qui mihi nihilo plus agere uident/q̃ ut cũ labore ac periculo turpissimi euadant. Quod imprimis ratio ipsa uetat:et tãq̃ ex eminenti suggestu nos alloquẽs

14

cohortatur/atq; cõfirmat: ut contra inhonesta/
indecoraq; fortiter dimicemus: et ita stemus in
acie/ut discedamus e pugna superiores: ꝙ his
armis ac telis assecuturi simus/ si quæ uulgus
maxime admiratur et expetit/ea tanq̃ momen-
tanea despiciamus: et quasi uenenis imbuta/re-
pellamus a nobis. Ne uincamini inquit cupidi
tate diuitiaꝝ: quę fortis uos facer̃ minime pos-
sũt. At improbos/flagitiosos/detestabiles pos-
sũt: neq; certabitis ut pecunias q̃maximas pos-
sideatis solũ arcę explendę intẽti/sed ut ne ege-
atis: iisq; abundetis quę uobis/liberisq; uestris/
familiæ/cognatis/amicis/ad uictũ: ad cultum/
et usus uitæ alios necessaria uisa fuerint: sciẽtes
illum esse diuitiis finem constitutum: ut recte
eis atq; honeste possessor utatur. Cauebitis etiã
ne opes/potentiamq; conuertatis ad uim affe-
rendam/iniuriãq; faciendã. Neq; enim qui faci
unt: sed qui propulsant iniuriam/magni et prę
stantis sunt animi: nec pro honoribus/Magi-
stratibus/ imperiis ita contendere uelitis et di-
gladiari/ut aut honestas deseratur: aut non in-
terdum deponendi plus ualeat/q̃ accipiendi ra
tio: quod uiri fortis est/ uereq; magnanimi: nõ
in honoribus/ aut Magistratibus decus illud

positum iudicantis: pro quo præstantibus uiris omnis solet esse contentio: sed in honestate & pulchritudine animi: qui nõ ad opinionem uulgi / sed ad consciẽtiam seq; suaq; ipse referẽs / non uideri quidem: sed esse talis uult: Scit enĩ nihil fictum / nihil fucatum posse cum fortitudine cõuenire / in qua sint stabilia et firma omnia: contra in illis leuia et caduca. Cauere etiam studiosissime oportet / ne secundis elati: et rerũ copia effluentes / ĩ luxuriam / superbiam / impotentiamq; dilabamini: quæ uitia fortibus uiris omni sunt studio fugienda: quippe quibus illud ꝓpositum esse semper debet: ut nullis animi perturbatõnibus / affectibusque uincantur. Quid enim turpius / q̃ quẽ aduersa nequiit fortuna frangere / eũ frangat secunda: aut qui morti / quę cum decore futura sit non cesserit: cedat iræ / libidini / inclementiæ / crudelitati: Hæc pręcepta seruãtem / licet fortiter / uiriliterq; et uiuere et mori. Contra uero aduersantẽ eis / abiecte / incõstanter / effœminate. Ac de fortitudinis institutis / quibus parere / et quæ seruare debeant / qui excellere inter homines uolũt: quam excellentiã sine hac de qua disputo obedientia / assequi nullus poterit. Satis hic dictũ sit.

15

DE TEMPERANTIAE MVNERIBVS.

Vnc de temperantia/ quã profecto in uoluptatibus/ & doloribus esse statuo/ q̃q̃ nec omnibus quidem: nec eodẽ modo: ut peripateticis recte placet. Neq; enim intemperans aut is est/ qui publice/ priuatimue detrimento accepto dolet: aut amicorũ ægre fert orbitates. Quo dolore qui sit affectus/ longissime absit a turpitudine atq; intemperãtia: Sed nec ille qui bene de Repu. meritus/ tanq̃ uirtutum suarum præmium sit aliquod consecutus/ uoluptatem capit ex honoribus/ Magistratibus: aliisq; publicis fungendis muneribus: eæ nanq; uoluptates non corpus: sed animum potius afficiunt. Quocirca cũ in iis quæ corporis solũ uoluptates sunt/ uersari temperantiã uelint/ uidet̃ tẽperatus is esse/ qui in uoluptatibus/ quæ tactione potissimum gignuntur/ ipse sibi temperet: nec solũ temperet/ sed ubi uel carendũ illis/ uel abstinendũ fuerit/ ęquo id ferat animo: cui etiam abstinentia ipsa iucunda sit. At intemperato & uoluptatũ hanc abstinentia grauis est: & earum carentia ęgritudinem affert: atque in capiendis illis/ nullus nec modus adest: nec mẽsura. Q̃d intemperantiæ uitium cum abiecti/ & degene-

16

rantis sit animi/ recte præcipitur nobis/ ut eas omnino uoluptates fugiamus: quas qui sequatur/ is ut ait Cicero nomine tantum homo/re autem belua sit: cuius proprium est corpori inseruire: & iis solũ uoluptatibus/ quas tum e pastu/ tum e ueneris quærit rebus. Turpissimum enim genus est hominum illorum/ qui in uentrem proiecti ac libidiné/ ueluti sues cœno sordibusq; uolutantur. Licet autem difficile admodum sit contemnere uoluptatem natura nobis insitam/ Cuius etiam uis tã late pateat: ut actionum/ affectuumq; nostrorum sit comes: sequaturq; uel illa quæ agenda eligimus (cum honesta/ & utilia iucundi spetiem præseferant) eo tamen magis cõtemni a nobis debet/ quo laudabilius est rem natura insitam: & ut ait Aristoteles nobiscum a pueris una educatã/ reprimere/ & cõtinere. Nam qui eam sic abiecerit/ ut quasi radicitus euulserit/ is mihi naturæ hominis uidet᷑ oblitus: aut humana esse cõditione maior: ut qui aqua et herbis in solitudine uitã ducũt: rerum ueneris omnino inscii: quales fuisse anachoritas plurimos/ et ipsũ illũ Ioannem baptistam memoriæ proditum est. Verum cum uoluptatis cõmune quidem nomé sit: et uoluptas

16

ipsa nec semper nec ubiq; sit turpis/non omnes
corporis sensuumq; uoluptates intemperantes
nos efficient: ut dum lyra delinimur: laboréq;
solamur cãtu: aut naribus admouemus floscu-
los: seu ĩ Iocti aliquas/Gẽtilisue picturas egre-
gias cõuersi/in spectãdis illis oculos pascimus:
et tanquã ipsi reficimur. Quis autem q̃uis du-
rus et acer uoluptatis contemptor/nõ mouea-
tur/ubi in aliquem facetum et urbanum homi
nem inciderit? Vide q̃ non sit hoc uitiosũ/ qd
urbanitas uirtus est: et iocus nulli nõ hominũ
aliquando concessus: cum etiam uideamus de
deo/ ac religione disserentes in templis/uti eo:
quem tamen neq; multum neq; petulanté opor
tet esse: sed libero homine dignum. Age quem
suauissimi poetarum uersus mouerint/hũc ne
nos intemperantiæ accusabimus? An eum po-
tius quem cognouerimus ueneris r̃solutũ ille-
cebris: aut palato seruientem? Hũc enim ꝙ uo-
luptates hæ communes sint cum beluis: illarũ
similem dicemus/Homerum secuti/qui Vlissis
socios Circæ carminibus idest fedissimis uo-
luptatis delinimentis in porcos dixit fuisse cõ-
uersos. Quanq̃ uehementer etiam reprehendé-
di sunt/qui tum unguẽtorum/ tum epularum

capiuntur odoribus: quod his earum rerũ memoria reuocetur: quarum ipsi cupiditate nimia teneantur. Quibus enim intemperantiæ stimulis credibile est illum agi: qui inter odores positus / totum se fieri nasum optet: ut est apud Catullum / tametsi iocetur ille: ac facetus uideri studeat: Quiq; adhibitus ĩ cœnam obstupefactus potu / atq; pastu / queratur de natura / q̄ tā breue homini guttur dederit. Satis compertũ habeo Barcellone in Hispania paucis ante annis Beltrandum cognomine Ferrerium in uenere expirasse: Legi & Gallum Equitẽ Romanum eodem intemperantiæ ac mortis genere e uita excessisse.

Beltrandus / Gallus — mortui uenere

COERCENDAS ESSE CVPIDITATES.

Igitur ut ab iis cauere uitiis possimus: ĩ quę facile prolabimur / ipsa nos ad ea rapiẽte natura / recte præcipiuntur hęc: ut cupiditates illas: quas e nostris quidam concupiscẽtias uocare maluerunt: coerceamus. Coercẽtur autem abstinendo & temperando. Quippe quarũ natura sit usu ipso magis magisq; incẽdi / & luxuriare: eo uero cessante remitti / atque extingui. Quo magis enim ueneri palatoq; conceditur / &

17

curæ plus impenditur: hoc amplius titillãtis illius uoluptatis appetitio crescit infinita / & insatiabilis. Et quia nihil est tam seruile / & abiectũ q̃ uoluptatibus esse deditum / illas maxime uoluptates coercere conabimur: quę partim communes / partim proprię dicunt̃ a philosophis: quas si eruere nequierimus (quod enim firmius hæret / & radices naturales habet euelli uix potest) Pullulantes certe / & in proceriores ramos exeuntes amputabimus / boni agricolę exẽplo: qui ramos inutiles / nimisq; lasciuiẽtes deputat: atq; ut Maro inquit: Luxuriem segetum tenera depascit in hærba. Quãobrem cibo & potu sic utemur / ut reficiamur quidem illis: nõ impleamur: deq; statu hominis eiiciamur: ne dicendũ sit quod Terentianus ille. Vicit me uinũ quod bibi. Sed hic q̄ ebrium se esse sentiebat / minus fortasse uituperandus est. Illos uero quis ferat / qui inter ipsas epulas ea agunt / quæ dictu quidem turpia / atq; obscena sunt. Quosdã non delectant nisi exquisitissimi / & quæsiti trãs maria cibi: ac magno empti / quorũ felicitas hæc est / potando / scortando / epulando / rem censumq; absumere: quales fuisse Montanũ / atq; Apiciũ legimus. quid ille q̃ studiosus palati fuisse cre-

dendus eſt: & gulę ſemper ſeruiens/ ut quidem fuit: qui ſemel aſpecti litus dicebat echini: Huiuſmodi homines neceſſe eſt indies intẽperatiores fieri/ cũ quotidiana libidini ſuæ irritamentis his fomenta prębeant. Quid de uſu ueneris loquar: & appetitu: qui tantas ſibi uires capere interdũ ſoleat: ut neq; ſexus/ neq; cognationis diſcrimen haberi ullũ permittat: Biblis inquit poeta Sulmonenſis in exemplo eſt: ut amẽt cõceſſa puellę: Biblis Apolinei correpta cupidine fratris. Et quoniã non tantũ eſt auctoritatis in fabula/ Nuper Ioãnes Armeniacẽſis ex Galliarum regulis ſororem ſuam iiſdẽ ortam parentibus duxit uxorem. Ferunt brutios paſtores pecudibus/ equabuſq; miſceri ſolitos. Sed hęc nõ abſq; rubore referri poſſũt: & licet reprehendãtur a nemine/ per ſe ipa oſtendũt q̃ ſint turpia/ & flagitioſa: declarantq; quanta ſit intẽperãtiæ uis ad poſtremã etiã immanitatẽ. Verũ ut quas dixi cupiditates coercere poſſimus pręceptis iis parendum nobis eſt: quæ quidem iubent/ ut neque turpibus obſceniſq; gaudeamus: neq; ſi honeſta ſit lætãdi cauſa/ ita efferamur gaudio/ ut geſtire uideamur. In altero eni pręſcribenda lex eſt: in altero modus retinẽdus: ut nõ modo

Ioannes Armenia[c] Rex

pastores brutii

18

non capiamur uoluptate rerum earum quæ inhoneste sint/& indigne homine: sed ut modũ quoq; in illis retineamus: quarum delectatõne honesta moueamur:& gaudio affici liceat: rursusq; ut oblatis uoluptatibus abstineamus: atq; ubi subductæ illę fuerint/ęquo id feramus animo. Voluptas enim tum absens/tum erepta p uim incredibiles solet dolores excitare. Videre licet apud Homerum quo animi furore: quaq; impotentia ob ereptã sibi uirginem Acchilles rapiatur. Alchosimarchus ille plautinus de nimio dolore amorisq; impatientia/audi quibus clamoribus caueam impleat. Credo ego amorẽ primum apud homines carnificinã cõmentũ. Hanc ego coniecturã domi facio/ne foris quęram: qui omnes homines supero/ atq; antedeo cruciabilitatibus animi/iactor/crucior/agitor/stimulor/uersor in amoris rota miser:& quę sequũtur. Et tanq̃ parum hoc esset/ubi eius/quã amabat copiam fieri sibi desperat/gladiũ stringens in quem incumberet/ Accipe me ait ad te mors amicum/& beniuolum. Intellexit poeta soleȓ dolores hos q̃proxime ad insaniam progredi/ubi parum fuissent cõpressi. Ex his igiť satis apparet appetitum libidinis/ si dolori in-

Alcosimarcus.

Stultum ac demens.

19

dulgeatur/augeri adeo/ut mentem ipsam e suo statu persæpe deiiciat. Quamobrem si temperã tes esse uolumus/ obedientiæ memores huius-modi appetitus subiiciamus rationi: nec(quod puerorũ est)imperare nobis illos sinamus. Ipsisq; uoluptatibus cũ offerentur/aut abstinebimus: aut in capiendis illis modũ certe retinebimus. Turpibus uero/& quibus minime debemus/nullo pacto delectabimur: nec si honesta lætabimur causa/modũ abiiciemus: neq; etiam frangemur dolore/ubi quibus frui consueuerimus uoluptatibus carẽdũ nobis fuerit: sed illorum potius uicẽ/qui sic affecti fuerint/miserabimur. Cupiditatibus uero hactenus afficiemur: ut cũ maxime tũ mediocriter moueamur: atq; ad ea tm̃ cupiẽda/quę cur cupiant̃ ratio nos docuerit. Tẽporis quoq; memores esse oportet: & psonę/quã gerimus. Demũ ĩ uoluptatibus cũctis illud maxime obseruabimus/ ut neq; ualitudini noceant: neq; aduersent̃ honestati: habeaturq; facultatum ratio. Quæ præcepta seruantes/& intra præscriptum obedientiæ persistentes/nimirum temperati erimus: fruemurq; uoluptatibus iis/quæ temperantis sunt propriæ: Eæ autem sunt cum mediocritate/& rarę. Nãq;

19

& uoluptatē cōmendat rarior usus.

DE CONTINENTIA.

Emperantiæ finitima est continentia: nam & ipsa in eisdē existit uoluptatibus: latior tamē est cōtinentiæ cāpus: cui & ira materiā suppeditat: & pecuniȩ, honorisq; studiū: qui enī uehemētius irati excandescunt, aut de re amplianda, magistratuq; fungēdo adeo soliciti sūt, ut uicti cupiditatibus moderationis honestatisq; metas pertranseāt: hos quoq; incōtinētes uocamus. Differt etiā ab intēperato incontinens, q̄ ille cū iudicet uoluptatibus indulgendū semp esse: easq; sibi & proponat, & eligat sequēdas, nec sententiā mutat iudicio suo falsus: nec incepti pœnitet. hic uero nec ignorat fæda se facere: nec electione peccat, sed nimia cupiditate præceps rapit᷑: ut cū ait apud Nasoné Medea. Video meliora, proboq;, Deteriora sequor: Vnde & pœnitudinis plena incō tinentia dicit᷑. Igit᷑ cōtinentia cū recto utatur iudicio: nec in turpiū cognitione fallatur: quȩ quidé ipsa improbet, ac damnet, soli rationi intédés: adeāq; usq; se accomodās, recte nobis ab hac ipsa ratione pręcipit᷑, ut rerū earū quæ uoluptaté gignūt primo delectū habeamus: dein

Ouidius.

20

de uitemus excessũ. Delectus autẽ tũ probe habebitᷓ / cũ ea e quibus uoluptates procreantᷓ: secernemus: quorũ ut Aristoteles tradit alia necessaria sunt / ut cibus: potus: uenus: queque ad corpus tm̃ pertinent: de quibus supra disserui / cũ de tẽperãtia dicerẽ: Alia quę tametsi necessaria ipsa nõ sunt: expetẽda tñ uidentᷓ: ut domus magnifica: & in ea supellex egregia: ut prędia / tũ rustica / tũ urbana: ut multitudo cliẽtium: ut opes in ciuitate: ut honores: ut tituli: & quę alia uel numerantur in bonis: uel certe media sunt. Hoc igitur delectu habito / danda est imprimis opera ne comparandis / atq; utendis illis modũ deseramus: Nam ut Horatius ait: insani sapiẽs nomen ferat: ęquus iniqui / ultra q̃ satis est / uirtutem si petat ipsam. Horꝶ igitur omniũ / quorum excessus tantũ improbantᷓ / una hæc regula ẽ: ne quid nimis. Iure aũt Salmoneus fulmine ictus a poetis dicitᷓ diuũ sibi dũ poscit honores. Quid illo dictu ĩprobrius: lucri bonus odor e re qualibet. Alexander tot regũ / & nationum uictor / a fædissima incontinẽtia non uno modo uincitᷓ. Nam dũ e deorũ uult se natũ semine / matrẽ Olympiadẽ ut impudicã accusat: philippi p̃ris ueluti abiecti homũtionis pudet:

horatius

20

& Iouē libidine captū de nitidissimo cœli loco ĩ immūdissimas terrarū sordes trahit: hoc ipso incōtinentior/ ac detestabilior: ꝙ dū Iouis se filium mentit̃: scortis/ ac uino infra inquinatissimos deiicit̃. Est & alia cōtinentiæ laus/ ꝙ cum propriū constantię munus sit/ dolori resistere/ & æquo animo illū ferre: quasi parū hoc sit/ cōtenta nō est doloris ista tolerātia/ nisi & eū uincat: ut eo magis cōstantię pręferēda sit: quo pulchrius ē uictorē e pugna discedere/ q̃ nō uictū. Quāobrē ut cōtinentes ipsi simus/ uoluptates cohibendę sūt: doloresq̧ superandi: imprimis excutienda mollities: quā & pannus bombicinus urit. Quod ut facilius assequamur/ Cicero audiendus est: a quo quia multa de tēperantia/ cōtinentiaq̧ disserunt̃: placuit eadē illa paucis referre. Præcipiunt̃ aūt hæc maxime ut in omnibus dictis/ factisq̧ animum a perturbationibus liberū habeamus: ne libidine/ aut metu aliquo cōmoueamur: aut uoluptate nimia gestiamus: neue in sermonibus/ aut cupiditas: aut pigritia: aut ignauia: aut aliquid tale appareat: imprimisq̧ ne falsa præsertim de nobis prædicemus. Ludo quoq̧/ ac ioco sic utendū: sed tum cū grauibus seriisq̧ rebus satisfecerimus/ ut illi-

beralitas/petulãtia/oscenitas omnis absit iocã-
tibus. In ludis etiã is modus retineat͛: ne nimis
ꝓfundentes omnia/aut elati/in turpitudinẽ ali
quam dilabamur. In ornatu quoqꝫ/& corporis
motu/ac statu studendũ esse: ut ab omni q̄d ab
horret ab oculorũ approbatione fugiamus: se-
quendũqꝫ esse maxime rerũ ordinẽ & temporũ
oportunitatẽ. Ab iisqꝫ artificiis/ & quęstibus ca
uendũ: qui improbent͛: & illiberales habeant͛/
ac sordidi. Dandã etiã imp̃mis operã/ne cõtra
uniuersã naturã cõtendamus: ea tñ conseruata/
propriã sequamur: exquiramusqꝫ in omnibus
quid sit illud q̄d deceat. Atqꝫ hęc quidẽ a Cice-
rone in hanc fere sententiã præcepta tradunt͛.
Christiani uero omnẽ etiã usũ ueneris: pręterq̃
si cũ legitima uxore res habeatur: damnant. to-
ro quoqꝫ geniali modũ statuũt: cœteros coitus
ita cõdemnãt: ut inter septem illa peccata: quæ
mortalia dicunt͛ numerent res ueneris. a uitio
quoqꝫ palati/ac uentris: quod nũc gulã nomi-
nant/tantopere abhorrẽt: ut nõ modo tẽperan-
ter uesci iubeant/prohibeantqꝫ cõmessationes/
& intẽperata conuiuia: sed nec omne cibi genus
utendũ pmittant: uelintqꝫ diebus/ac tẽporibus
statis abstineri carne: ac semel q̄dẽ die: & parce

modus in ludis

21

esse. Omnis etiã sermonis/qui aut mollitiẽ/aut cupiditatẽ: aut turpitudinẽ habeat aliquã/ ratio nem reddẽdã/pœnãq; luendã censent. Verum ego dũ plura persequor lõgius ꝓgressus sum/ q̃ promiseram. Quãobrẽ finẽ his statuo/ad alia diuertens: quæ dicenda relinquuntur.

SERVANDAS ESSE LEGES.

Mprimis autẽ uersari obedientiã in seruãdis legibus illud plane docet quod initio dixi/leges ipsas eo pertinere/ac respectare: ut secundũ omnem uirtutem uiuat̃ a ciuibus. Quamobrẽ cũ de uirtutũ ipsarum præceptis/si non plurima(qđ disputationis huius nõ erat) sed pauca quædã ex tanta copia/carptim: atque ut magis necessaria uisa sunt/dixerim: quia/& res ipsa/ & ordo præceptionis huius postulat/ de legibus quoq; aliquid dicã. Sunt autẽ leges aliæ naturales: aliæ humanæ: quædã & diuinę. Naturales eędem semper sunt: & ubiq; gentiũ: nunq̃ enim naturale illud mutat̃ prescriptum: ut uitã/corpusq; tueamur omnes: declinemusq; ea quæ uideant̃ nocitura/aut ut prolem appeta mus: siue ut nunq̃ manum ipsi nobis consciscamus. Nã & Cato/qui libertatis/ut dicũt causa: & mortales alii/ĩ quoꝝ numero & philosophi·

Cato

qui ex uitæ cõtẽptione mortẽ sibi attulisse me-
morantur: naturæ legibus parũ mihi uidentur
obtẽperasse: q̃q̃ & Cato/et quos dixi nõ carent
defensoribus. Iubet etiã hæc ipsa natura/ut ui-
tam/corpusq; tueri sic neminẽ offendere: imo
etiam cum possis prodesse: mœrentem consola
ri: qui feratur a torrente/ubi possis opem ferre.
uiam percontanti monstrare. nõ prohibere lu
men accendi de lumine: non arcere sitientem a
profluẽte. Hęc quoq; naturali lege hominũ ge-
neri pręscripta sũt/quę seruarę oẽs debẽt: quorũ
qui cõtemptor fuerit/is cõscientiã suã iudicem
si fecerit/ haud uereor quin ea iudice seipsum
damnet: timeatq; illius flagellũ/quẽ ne cogita-
tiones quidẽ ullæ nostræ latere possunt. Quæ-
rere item quæ sit natura sũmi boni: quæ rerum
aliarum. unde nascantur singula: quis cœli mo
tus/& stellarum: quis ordo in rebus/& quæ mẽ
sura: quid uirtus sit: et an alia sit maior alia: hæc
quoq; a natura iubemur. Quisq; tamẽ pro cap-
tu/atq; ingenio suo: nã ĩprimis natura ipsa ho-
minis hoc præcipit: quippe quæ infixit animis
nostris/ut scire/ et nosse cupiamus. Cuius rei
maximũ hoc/et certissimũ inditiũ ẽ: ꝙ etiã illa
quæ nihil neque uoluptatis/neq; utilitatis sint

naturę lex

22

allatura ſcire ipſi cupimus: laboramuſq; ut intelligamus ac ſciamus illa/ quæ ſciri intelligiq; poſſe diffidimus: quæq; omnibus ante nos ſæculis icognita latuerint: atq; ubi cognita fuerit/ aut omnino nihil: aut certe parũ ſint laudi additura. Sũt tñ ex his quæ naturę cõtinent̃ legibus quædã homini cũ beluis cõmunia: ut prolem cupere: ut paſtũ quęrere: tẽpeſtateſq; uitare/ & ęſtus. Sed nos metiri nõ decet quid/ aut quouſq; cõmune ſit homini cũ beſtiis/ ſed quid ſit quod natura ipſa præcipit. Nã & illa quę communia ſunt aliter nobis/ atque illis præſcripta ſunt. Beluæ nanque peccare nõ poſſunt/ homines uero poſſunt: atq; utinam tantum poſſent/ dum ne ſponte uellent.

DE LEGIBVS DIVINIS.

Iuinarũ legũ Alię ad deũ: Aliæ ad homines referuntur. Ad deũ ut ea quæ iubent̃ a chriſto: quæq; p Moſen credunt̃ a deo iudeis pręcepta: qualia ſũt/ que decẽ mãdata dicunt̃. Deũ unũ colito: Sabbatũ ab opere ceſſato: & ſanctũ habeto: Parentes uenerato: & quę reliqua ſũt. Sunt tñ apud Moſen pmulta: quibus nõ modo chriſtianorũ: uerũ etiã romanorũ leges aduerſent̃: Sed illa iudeis pcepta ſint:

nos nostris legibus pareamus: quorū christus est auctor: alia ita sanciuntur: ut qui secus egerit/reus sit. Alia magis uidentur admonere/& hortari: q̄ cogere: quale illud est. Vendito quæ habes omnia/& largitor pauperibus. Præcepta igitᷣ eo studio/diligētia/& opera seruanda sūt: ut ne digitum quidem/ut dici solet/ab eis excedatur. Quæ uero admonent/consiliiq; rationē habent: ea ita sequemur/ut sciamus nostri esse arbitrii/quousq; placeat obsequi. Ad homines autem referuntᷣ illa/quæ a sacerdotibus/& pōtificibus decreta sunt. Quorum nonnulla precipiuntur omnibus: ut cōfiteri peccata sacerdoti: & piaculum pœnitendo agere: quædam quibusdam: ut quæ sacerdotibus tātum. Sunt etiā quæ credere iubeamur: ut deum e deo genitū: & uirgine incorrupta natum. Alia quę ꝓ certo sperare/atq; expectare debeamus: ut animas redituras ī sua corpora: & die suo deū illas ad tribunal citaturū: Alia quæ agere: ut tēpla adire: sacrificiis adesse: sacerdotibus/& egenis stipem offerre: a plurimis non modo iubemur continere: sed coercemur etiam pœna proposita. Nā qui sacerdotem percusserit/hunc e templis/atq; hominum consuetudine leges eiiciunt: & sacris

23

arcent: quodq; aqua et igni interdictum illi sit: uetant sermonem cum eo seri: aliquidq; omnino contrahi. Ad hæc cogimur ad uenerationẽ: ad cultum. Sunt etiam quæ & si lex credi / atque expectari iubeat: tamen non intersit dum credãtur / quomodo ea credantur. Cogimur enĩ credere animas ubi solutę fuerint corporibus / suo quodam tẽpore ad illa reuersuras: foreq; ut tũc reuiuiscamus omnes: Reuiuiscamus autẽ adolescentes ne: an ætatis / qua quisq; mortuus est: de quo quæstio est: arbitrii nostri est / in alterutram uelimus opinionem concedere: habent enim opiniones hæ auctores suos / graues certe & eruditos homines. Sunt et alia quæ constantissime quidẽ teneri: omniq; e parte credi oporteat: ac si quis secus sibi persuaserit / deq; iis modo aliquo dubitauerit / habeatur in hereticorũ / ac perditorum hominum numero: atq; ea necesse sit ut et profitearis: et ubi usus euenerit asserendis illis digladiere: atque emoriare priusq̃ abneges.

DE LEGIBVS HVMANIS.

Vmanæ leges dictæ sunt: quod earũ auctores homines in cõmunem illas

24

utilitatem/ac recte uiuendi usum tulerint: eaecp scripto sanciunt: quanq̃ & interdum consuetu do uim habet legis. Ex his ciuile ius emanauit: quo populi/nationesq; temperantur. Est & mu nicipale ius: quod singulę ciuitates priuati sibi statuerunt: & item gentium inde dictum: ꝙ gẽ tium in id uoluntates consenserint. Quamob- rem & iura ipsa seruanda sunt: & legibus paren dum est: ut cum ad cœtus colendos/societatẽq; retinẽdam nati simus/munus impleamus no- strum. Et quoniam hæc omnia non tam discẽ- da præcipimus/q̃ statuimus seruanda/placuit quod in bene cõstitutis fit urbibus latas leges conscribere: easque referre in tabulis: quod nec Plato ĩ Republica illa sua facere dubitauit: nec qui eum imitatus est Cicero.

QVARVNDAM LEGVM CONSTI TVTIO.

Ppetitum rationi subiiciunto: eaq; & dux/& moderatrix esto: ritus patrios pie seruanto: legibus parento: tempo ribus obsequuntor: personam: locumq; obser- uanto. Animi motus cohibento/ab honestate ne facessant. Iusta expetũto/atq; agunto. mentẽ

24

a prauis cogitationibus cohibento: consulũto recte. Prospiciunto caute: Notis artibus operã danto: Vires/ingeniumq; metiuntor: Mortem decori posthabento: Despiciunto externa: aduersa ferunto constanter/ac ferendo superanto ea. Turpia atque indecora omnia cauento. Diuitias/ Magistratus/ honores/ne admirantor: neue illorum ergo feda agunto: Iniuriam ne inferunto: sed propellũto eam: Superbiam abiiciunto. Doloribus ne cedunto: neue uoluptatibus corporis sinunto capi: sed illas temperãto/atque cohibento. Animum excolunto: & a perturbationibus liberum habento. In cũctis retinento modum. Si quis aduersus hæc feceritue senseritue: huic deus iratus esto. ne illius manes quiescunto.

FINIT LIBER PRIMVS.